

Archives d'Anjou. Recueil de documents et mémoires inédits sur cette province publié sous les auspices du Conseil général de Maine et Loire, Cartae de Liriaco, Nr. 3

Gaulterius filius Arraldi, veniens ad nos ad conversionem, donavit hec nobis, id est: foicum presbiteralem aecclesiae sanctae Mariae de Liriaco, quod est tertia pars totius decimae de toto Liriaco preter panis et vini, excepto foecu Joscelini Reguerb; et omni anno duo modii annone, unus de frumento alter de cigalo, et quam pater suus emit ab Archembaldo XL. solidos, id est tertiam partem decimae panis et vini de terra Guarnerii Gule Anseris, scilicet: de una mansura atque dimidia, et de terra Giraldi de Funario, atque Hugolini de Pieria de tribus mansuris, et de Salvageria de tribus mansuris, et de dimidia mansura Arraldi decimarii, et de terra Fulconis de tribus mansuris et de quarterio unius mansurae, et de terra Fulberti de una mansura et dimidia, et de mansura Gaulterii Marmionis, et de terra Rainerii Burdulionis; preterea de totis vineis Liriaci, exceptis a quibus Herveus habet decimam atque exceptis septem quadrantibus a quibus monachi sancti Johannis decimam habent et tertiam partem sepulturae Odo junior frater ipsius Gaulterii, rogatus ab eo, non solum annuit quicquid ipse in aecclesia Liriacensi sancto Martino attribuit, verum etiam gratanter, amore et deprecatione ipsius, dono obtulit tertiam decimae partem unius bordariae prope aecclesiam, quam dicunt Mansuram de Hospitalaria, et tertiam partem decimae duorum arpennorum in eadem mansura, et post suum decessum ipsam mansuram solidam et quietam cum omni integritate sui. Hujus rei donum, dum super altare sanctae Mariae Liriaco poneret, hii interfuere testes: Herveus Chainois, Willelmus filius Plani, Guascelmus Barbinus, Bernardus sutor, Berengerius Gaberluit.